

multa imperitis memorantur, clare intel-
ligi possunt. Et meretur dignitas horum
pertractionem.

MORBI VISCRUM DEBILITUM ET LAXORUM.

41. **V**asorum, & viscerum debilitas vo-
catur illa partium (23. 38. 39.),
haec constituentium, cohaesio, quae tam
levi motu tolli potest, ut imparia sint iis
efficiundis, quae Sanitatis & Vitae ratio
ab his postulat.

42. Quae alia aetate, atque sexu, alia
sunt.

43. Haec debilitas oritur. 1. ab debili-
tate fibrae (24.) ejusque causis. (25.) 2. a
debilitate canalium minimorum (28.), at-
que causis hujus (38.) 3. ab inertia liqui-
di per vasa majora (39.) fluentis, quae
pendet a minuta copia, fluiditate aquosa
aucta, motu musculari torpescente. 4. a
numero magno canalium minimorum, pro-
ratione aetatis, nimis diu remanentium.

44. Ab hac debilitate (41.), per suas
causas (43) producta, oriuntur multi
morbi, qui falso Temperiei, vel Conge-
niti, habentur; primarii sunt: facilis va-
sorum dilatatio, tumor; facilis horum
compressio, inanitas; liquidi stagnatio;
Cordi

Cordi aucta resistentia; liquidorum cruditas; spontanea corruptio; ad actiones vitales, animales, naturales exercendas ineptitudo; & illa omnia, quae ex his sequi solent, quae ut infinita numero, ita difficillima curatu, & foecundissima novis morbis producendis sunt; maxime *ναυαξεῖς*, & *καινοχυπία*. 2. Facilis vasorum dissolutio ab internis, externisve causis, acribus vel motis; effusio, stagnatio, corruptio, evacuatio liquidi ad vitam sanitatemque necessarii; interceptio motus fluidi per vasa rupta; corruptio eorum, quae hoc motu vigebant; qui rursum varii sunt, maxime *Φθίσις*, *εμπύγημα*, *ὑδρωψί*, *ἀτροφία*.

45. Quae (41. 42. 43. 44.) si quis accurate observat, ille, non hujus modo (41.), sed infinitorum & obscurissimorum morborum originem, praesentiam, eventum internoscet, & solus auxilia impenetranda sanationi valida & tuta inveniet.

46. In applicatione vero horum, praesens debilitas tarditatem jubet; nec enim alibi perniciosior mutatio subita.

47. Ergo remedia (28.) lente, caute, a primo in ultimum gradum, adhibenda sunt. Quorum usu roboratis vasis, motus validus muscularum adhibeat, donec omni effectu constet, satis compacta, solidata.

lidata, & callosa, evasisse Vasa & Vis-
cera.

48. Hinc patet, omnia, quae de facul-
tate nutrimentorum traduntur, alias vera,
alias falsa esse; Exercitia muscularum ro-
borare fibras; Exercitia ventionis resolvere
coacta, robore laxa, nec dispergere vi-
res; ipsum sanguinem & cruentem in ro-
busstissimis esse maxime densum, lentum,
blandum; in tenerim dissolutum, le-
vem, acrem; infinitos morbos, facie di-
versissimos, una saepe radice haerere posse,
eaque succisa tolli.

49. Ex iisdem cognitio & curatio laxi-
tatis Vasorum & Viscerum habetur.

MORBI VISCRUM FORTIUM ET RIGIDORUM.

50. **R**igiditas nimia Vasorum & Visce-
rum nominatur illa partium (23.
38. 39.) haec componentium cohesio,
quae non cedat illi motui, qui illa muta-
re & movere debebat, ut fierent ea, quae
Sanitatis & Vitae tempore ab hac muta-
bilitate fluebant.

51. Oritur. 1. ab omni causa fibrae ni-
mis rigidae (32.) 2. maxime a fibris, va-
lida vi propulsi liquidi vitalis admodum
compactis ad se mutuo. 3. ab adunatione
canalium minorum orbatorum suo liquido
per